



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 230. Quid præterea notandum sit circa obligationem gestandi habitum  
& tonsuram.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

gat tamen *Sylv. & Laym. l. c.*, si non sit notabilis excessus supra loci consuetudinem. Negotiari<sup>66</sup> verò esse mortale concedit idem *Lay. lib. 3. tr. 4. cap. 17.* & alii commun. Sed de hoc *v. suprà l. 1. t. 5. c. 3. d. 8. a. 2.* <sup>66</sup>

## A D D E N D A.

Q. 230. Quid præterea notandum sit circa 1371 obligationem gestandi habitum & tonsuram. R. Seqq.

§. I. *Nav. Vasq. Gran. Dian. Quarti* in Rubr. Miss. p. 3. t. 6. s. I. probabiliter dicunt solos Clericos beneficiatos vel in Sacris constitutos obligari graviter ad habitum & tonsuram, non autem initiatos solum Minoribus, nisi frui velint privilegiis Clericorum, quia de his non loquitur *Trid.* Per habitum autem intelliguntur vestes, quæ de communi usu provinciarum gestantur à Clericis; Putat quidem *Rebuff.* etiam presbyterum studiorum causâ alibi versantem posse ferre quemcunque habitum & colorem, sed confutatur à *Sanch.* in Conf. l. 7. d. 49. n. 19.

§. II. *Sot. Silv. Arm.* & alii cum *Dian. p. 5. T. 1372* §. R. 60. dicunt esse mortale absque causâ per longum tempus non gestare habitum: Econtrâ *Caj. Henriq. & Laym.* dicunt esse veniale tantùm, secluso contemptu & scandalo: Et omnes communiter in hoc conveniunt, quòd sit tantùm veniale, si negligatur ad breve tempus, datur enim hìc parvitas materiæ, secundùm dicta l. I. n. 672., estque idem de tonsura. Probant tamen autoritate & rationibus *Dian. p. 10. T. 13. R. 29.* & *Burgha. Cent. 2. cas. 59.* esse mortale, si Clericus in bacchanalibus currat per urbem larvatus. *Gob. in Exp. T. 8. n. 769.* ait, si propter neglectum gestationis coronæ vel habitus vilipenda-

pendatur Ordo Clericalis, peccatur mortaliter; si non sit periculum causandi vilipendium & contemptum, non est mortale: longè autem faciliùs peccari potest mortaliter omittendo habitum quàm coronam, nemo enim arguet Parochum mortalis, in cuius capite per sex vel octo hebdomadas non apparet vestigium coronæ, etsi constitutiones Synodales id mandarent.

3373 §. III. Si Clericus in Sacris constitutus alat longam comam, *Abb. Diaz* & alii dicunt esse mortale, sed communiùs & probabiliùs negant *Caj. Sayr. Garc.* aliique cum *Quarti*, si absit contemptus & scandalum, quia quamvis fiat comminatio excommunicationis, communis tamen est sententia, secundùm dicta l. I. n. 61 1., quòd comminatio pœnæ gravis non semper innuat grave præceptum, si pœna sit ferendæ sententiæ. Denique corona, quam gestant Sacerdotes, est in signum regni, quod in Christo expectatur, ratio verò capitis significat omnium temporalium depositionem.

3374 Q. 231. *An Clerico nunquam liceat negotiari.*  
*R.* Hoc resolutum est l. 3. p. 2. à n. 997. Adde tamen hunc casum: Titio Clerico debet communitas 1000. aureos, quos cum modò solvere non possit, dat ei facultatem emendi 1000. maldera tritici & evehendi extra patriam, ubi poterit cariùs revendere, quæ facultas æstimabilis est 1000. aureis, quia tantum erit lucrum. *Quaritur*, an Titius possit hac facultate uti.  
*R.* Cum *Castrop.* T. 16. d. 4 p. 13. §. 3. n. 5. & *Lugo* in *Resp. Mor.* l. 3. d. 20. non posse, quia hoc esset negotiari, ad quod Clerico facultatem dare non potest communitas: poterit tamen Titius, 1. hanc facultatem isto pretio vendere alteri negotiaturo. 2. Ipsimet communitati dare mutuas pecunias, ut dicto modo emat & revendat triticam, tumque sibi  
 mutua-